

bit enim regnum celorum. Siue uia domini preparauit, quia corpora humana baptizando abluit, sed pectus non dimisit: illum prefigurans, qui non solum in aqua, sed etiam in spiritu sancto erat baptizatus, & pectus hoibus remisurus.

FERIA QVARTA

quatuor temporum. Lucas .1.

In illo tempore. Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitate Galilaeae, cui nomen Nazareth. Et reliqua.



Icirco angeli priuatis noibus celeri, ut signetur per uocabula, etiam in operatione quod ualeant. Neque enim in illa scita ciuitate, quam uisio dei omnipotens plena scientia percitat, idcirco propria nota fortiuntur, ne eorum psong sine nominibus sciri non possint, sed cum ad nos aliqd ministratur ueniunt, apud nos etiam nota a ministeriis trahunt. **A**d Mariam ergo uirginem Gabriel mittitur, qui dei fortitudo notatur. Illum quippe nunciare ueniebat, qui ad debellandas prates aerreas, **Psal. 23.** humiliis apparere dignatus est. De quo per Psal. dicit: Dominus fortis & potes, dominus potens in proelio. Et rursum: Dominus uirtutum ipse est rex gloriosus. Per dei ergo fortitudinem nunciadus erat, qui uirtutum dominus et potes in proelio contra prates aerreas ad bellum ueniebat. **M**ense autem sextu[m] Martiu[m] intellige, cuius 20 & 5 die dominus noster & conceptus tradidit & passus, sicut & in 25 die mensis Decem-

¶ QVATVOR TEMPORVM 35

bris natus. Quod si uel hoc die (ut nonnulli arbitrantur) equinoctium uernale, uel illo solstitiū brumale fieri credat, conuenit utique cum lucis incremento concipi, uel nasci eum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. At si quis ante dominicae nativitatis & conceptionis temporis, lucem uel crescere, uel tenebras superare conuertit, dicimus & nos quod & Iohannes tunc ante faciem aduentus eius regnum celorum euangelizabat, & nunc quod predicatoribus imperat: Iter facite ei quod ascendit super psalm. 67 occasum. Cur autem Iohannes circa æquinoctium autumnale concepimus, circa solstitium aestiuum sit natus, docet ipse quod uel ex sua, uel ex veteris testamenti (ut multi auctumant) persona loquitur: Illud oportet crescere, me autem minui. Johann. 32 Ad virginem despota statim virto cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Multas ob causas saluator non de simplici virgine, sed de despota uoluit nasci. Primo uidebatur, ut per generationem Joseph, cuius Maria cognata erat, Mariæ quod nosceretur origo. Nec enim mos est scripturae, fœminas & genealogiam texere. Nam & de utroque potest intelligi, quod dicit de domo David. Deinde, ne uel adultera lapidaret à Iudeis, malest aliq[ue]s de suo ortu, quod de pudore dubitare parentis. Simul & uirginibus impudicis occasionem tollens, ne matrem quod saluatoris diceret falsis suspicioibus infamata. Tertio, ut in Aegyptum fugiens & rediens, haberet solatiū uiri, quod integrum uirginitatis custos pariter ac testis existimat. Quarto, ne partus eius diabolo pateretur, quod si eum de uirgine natu cognosceret, forsitan quod si ceteris hominibus eminenter morti tradere timeret. Maria autem Hebraica stella maris, Syriae uero dominia uocata. & merito, quod & totius mundi dominum, & lucem scilicet meruit generare.

Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus.] Bene gratia plena uocatur, que nimirū gratiā quam nulla alia meruerat assequitur, ut ipsum uidelicet gratiæ conciperet & gigneret autorē. **Q**uæ cū audisset turbata est in sermone eius, & cogirabat qualis esset ista salutatio.] Disce uirginū moribus, disce uirginū uerecūdia, disce uirginū oraculo, disce mysterio. Trepidare uirginū est, & ad oēs uiri ingressus pauere, oēs uiri affatus uereri. Discant mulieres propositū pudoris, imitari solā in penetralibus, quā nemo uirorū uidetur, solus angelus reperiēs, solam sine comite, solā sine teste, ne quo degeneri depravare affectu, ab angelo salutatur. Disce uirgo uerborū uitare lasciuiam, Maria etiā salutatiōem angeli uerebatur. Erat tamē cogitās (inquit) qualis esset ista salutatio. Et ideo cū uerecūdia, q[uod] pauebat: cum prudētia, quia benedicti onis nouā formulā mirabat, q[uod] nusquam lecta est, nūl quā ante comperta. **E**t ait angelus: Ne timeas **D**aria, inuenisti gratiā apud dñm. Quia salutatione insolita, ut pote que ei soli seruabantur, ut uiderat turbatā, quasi familiarius notā uocās ex noīe, ne timere debeat, iubet. Et quia gratia plenam uocauerat, eandē gratiā & astruit plenius, & huberius explicat, dicens: **E**cce cōcōpies in vtero, & paries filii, & vocabis nomen eius Iesum. Iesus salvator siue salutaris interpretat̄. Cuius sacramentum noīs alloquens Ioseph angelus, exposuit: ipse ēm (in quietis) saluū faciet populū suū à peccatis eorū. Nō ait populū Israel, sed populū suū, hoc est, in unitatē fidei ex præputio & circūcisione uocatū. Quibus ex diuersa parte cōgregatis, fieret unū ouile & unus pastor.

TA
1 dicitur quod
multum de genit
gratia quoniam
delicata genit
cui autem
gazetarum
bus, discipul
sice mysteria
gretius pauc
propositum
a nemo utitur
a fine condit
tri affectu, pia
uitate infatu
ebatur. Erat
uratio. Existe
ria, quia bene
quam in lectio
us. Petrus
dium. Quia
seruabatur, qu
ia uocaretur
at plenam u
us, si huber
vito. et regn
Jesum. Iesu
us sacramen
poluit ipsius
catis eos. No
tum, in uniuers
Quibus eran
& unus quis

¶ QVATVOR TEMPORVM 37

Vic erit magnus, & filius altissimi uocabitur, & da
bit ei dñs deus sedē David patris eius. **D**icitū est &
de lohāne, q[uo]d erit magnus, sed quasi homo magnus;
hic, quasi deus magnus. **I**lle em̄ magnus coram dño,
hic aut̄ erit magnus (inquit) & filius altissimi uocabi
tur. **I**dem ergo filius altissimi, q[uo]d in utero uirginali cō
ceptus & natus est, idē homo in tēpore creatus ex ma
tre, q[uo]d deus est ante tēpora natus ex patre. **S**i aut̄ idem
homo, q[uo]d deus est, omittat Nestorius rātum hoīem di
cere ex uirgine natū, & hunc à uerbo dei nō in unita
tē personā, sed in societate, inseparabilē esse receptū.
Alioqui nō unum Christū uerū deum & hoīem, sed
duos (quod dici nefas est) assercere, ac p[ro] hoc nō trini
tātē, sed quaternitatē prædicare cōuincitur. Catholi
ca aut̄ fides, sicut unum quēlibet hoīem carnē & ani
mā, ita hoīem & uerbum unū Christū rectissime cōfi
terunt. **I**uxta quod & angeli uerba significāt, quae dan
dam illi sedē David patris eius asseuerāt. **Q**ui enim
eundē ipsum patrē haberet David, quē filium altissimi
uocari p[ro]nunciat, in duabus utique naturis, unam
Christi personā demōstrat. **A**ccepit aut̄ sedē David,
ut nimirum gentē, cui David quondā & filij eius tē
poralis regni gubernacula præbuerunt, ipse perpetu
um uocaret ad regnū, quod eis paratū est ab origine
mūdi. **E**t regnabit i domo Jacob in aeternū.
Regnū eius nō erit finis. **E**t Isaías ait: Multipli
cabitur eius imperiū, & pacis nō erit finis. **S**ug foliū
David, & sup regnū eius sedebit, ut cōfirmet illud, &
corroboret in iudicio & iustitia. **N**ō dixit in acquisi
tione glorię, gazatumq[ue] terrestriū, nō in uictoria gen
tium plurimaru[m], urbiumq[ue] debellatiō superbarum,
sed in iudicio & iustitia. **P**er h[oc] enim regnū Christi,

FERIA QUARTA

Et in singulis quibusq; fidelibus, & in uniuersa per orbem multiplicatur pariter & cōfirmatur ecclesia. **D**omūnanḡ Iacob, totā ecclesiam dicit, quæ uel de bona radice nata, uel cū oleaster esset, merito tamen fidei in bonam est inserta oliuā: quam post triumphū positionis alloquēs saluator ait: **Q**ui timetis dñm, laudate eum, uniuersum sēmē Iacob magnificate eum. **N**on autem ideo futuri temporis uerbo magnus exturus Iesus, filius altissimi uocatus, sceptrū David ac cepturus, & in domo Iacob regnaturus asserit, q̄a iuxta quod hæretici sapiunt, atque à ueritate despiciunt, **C**hristus ante Mariā non fuerit: sed q̄a homo assumptus in deum, clarificatus est ea claritate, quā uerbū dei habuit, priusquam mūdus esset, apud patrem. **H**oc est, ut idem filij nomen eandem Christi plonam homo cum deo plenus gratia & ueritate sortiretur. **D**icit autem **M**aria ad angelū: **Q**uomodo sis et istud, qm̄ virū nō cognosco? **P**ropositum suum mentis reuerēter exposuit, uitam uide licet uirginalē se ducere decreuisse. **Q**uæ quia prima fœminarū tantæ seruituti semancipare curauit, iure singulari præ ceteris fœminis beatitate meruit excellere. [**Q**uō (inquit) fiet istud?] **N**ō ait, unde hoc sciam: sed quō (inquit) fiet, q̄niam uirum non cognosco? **O**rdinē uidelicet obsequiū cui subdatur, inquirens, nō autem signū cui credat, flagitias. **N**e q̄ em̄ decebat electam generatione deū uirginē, dubiā diffidentia, sed prudētia cautā existere: q̄a nec facile poterat homo nosse mystériū, quod in deo manebat à seculis absconditum. **Q**uia ergo legerat: ecce uirgo in utero habebit, & partiet filiū, sed quō id fieri posset non legerat, sciscitur ab angelo, quod in prophete non inuenit. **E**tre-

RTA
QVATVOR TEMPORVM 39

spōdēs angelus dicit ei: **Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbra birtib⁹.** Non uirili (inqt) quod nō cognoscis, semine, sed spū sancti, quo impleris, opere cōcīpīes. Erit in te cōceptio, libido nō erit concupiscentia. Non erit uestus, ubi umbram faciet spū sanctus. **V**erum in eo qđ ait, [& uirtus altissimi obumbrabit tibi,] potest etiā incarnati saluatoris utraq; natura designari. **V**m bra quippe à lumine solet & corpore formari. & cui obūbra tur, lumine qđem uel calore solis, quantū suscītur, refī cit sed si ipse solis ardor perferri nequeat, interposit a uel nubecula leui, uel quolibet alio corposo tēperatur. **B**eaca igitur uirgo, q; a quasi purus homo oēm plenitudinē diuinitatis corporaliter capere nequibat, uirtus ei altissimi obūbrauit. i. incorporeā lux diuinitatis, corpus in ea suscepit humanitatis. De quo pulchre pphera: **E**cce dñs (inquit) ascēdet su **I**saig. 12.2
Pernubē leuē, & ingredierur **A**egyptū. quod est dicere: **E**cce uerbū dei patri coæternū, lumenq; de lumine ante secula natum, carnē in fine seculorū, atque animā nullo peccati pondere grauatā suscipiet, & de utero uirginali tanq; sponsus de thalamo suo proceder in mundū. **I**deoq; et quod nasceretur sanctū, **V**ocabitur filius dei. Ad distinctionē nostrā sanctificatis, Iesus singulariter sanctus nasciturus afferit. Nos quippe etiā sancti efficiuntur, nō tñ nascimur: q; a ipsa naturae corruptibilis cōditione cōstringimur, ut merito cū Propheta gementes singuli dicamus: **E**cce in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ille autem solus ueraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionem naturae corruptibilis uinceret, ex cōmixtione carnalis copulae conceptus

non est. [Sanctū (inquit) uocabitur filius dei.] Quid ad hoc dicas Nestoriane, qui beatā Mariā dei negas esse genitricem, apertam niteris impugnare ueritatem. Ecce dixit deum superuenturum, dei filiū nascitum. Quō ergo aut dei filius deus nō est, aut quē deū edidit, quō theotocos. i. dei genitrix non esse potest. **E**t ecce Elizabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quae uocatur sterilis, q̄a non erit impossibile apud deum om̄e uerbum. Ne uirgo se parere posse diffidat, accepit exemplū anus sterilis parituræ, ut discat om̄ia deo possibilia, etiam quē naturæ ordini uidetur esse cōtraria. Si quē uero mouet, quō beatæ Mariæ cognatā dicat Elizabeth, cum hæc de domo Dauid, illa de filiabus Aaron originem duxerat, animaduertat proauos eare liberis inuicē nuptum traditis, utrāq; tribum potuisse coniungere. Cui si hæc expositio forte nō sufficeret cōtentioso insistenti, quasi hoc contra interdictum legis fieri nequiuferit, legat

Exodi. 6. **E**xodus, ubi scriptum est: Accepit aut̄ Aaron uxore Elizabeth, filij Aminadab, sororem Naason, quæ perit ei Nadab, Abiu, Eleazar, & Ithamar. Videatis ante edictum legis superna prouisione sacerdotalem regali iā uinctam fuisse progeniē, ut uidelicet dñs Iesus Christus, qui scđm carnem uerus rex & sacerdos erat futurus, ipsam quoq; carnē de utraq; Dauid scili cet & Aaron, stirpe susciperet. Vnde & in hac utraq; tribu christma per legem mysticū celebratur, Christi nimirum nominis pariter et ḡnationis pregnuncium: & ipse Dauid domum dei ingrediens, panē sanctum & gladiū quasi rex & sacerdos accepit, illū uidelicet de suo semine uentur, præfigurans, qui & p uestrali

QUATVOR TEMPORVM 41

beriate regis iure pugnaret, & p uestræ libertatis ab solutione panem suæ carnis offerret. **Dicit autem Maria:** Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum verbum tuum. Quanta cum deuotione humilitas, q & angelii, pmissum optat impleri, & seipsum quæ m̄r eligitur, nuncupat ancillā, apertissime insinuans q̄ nihil sibi meriti uendicet in eo, quod dñi iussis obse cūdet. **Fiat** (in q̄t) sine uirile semine cōcept⁹ in uirgine, nascat de spū sancto integra caro, **Sanctū** quod nasci tur de homine matre, sine hoīe patre, uoce dei filius.

FERIA SEXTA

quatuor temporum, Lucæ. III.

In illo tempore exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iudeæ. Et reliqua.



Accepito uirginis cō sensu, mox angelus cælestia repetit: illa petit mōrana, festinat inuisere Elzabeth, nō q̄si incredula de oraculo, uel dubia de exēplo: sed ut leta pro uoto, religiosa, p officio, typicum pariter exēplum tribuēs, qd omnis anima que uerbū de mente cōceperit, uirtutū celata statim cacumina gressu cō scandar amoris, quatenus ciuitatē Iude. i. cōfessionis & laudis arcē penetrare, & usq ad perfectionē fidei, spei & charitatis, q̄si tribus in ea mēsibus ualeat com-